

# Genesis

vel carentia scientie in primis parentibus sicut ostendit in pueris carentibus vltu romis: qui no erubescunt ex sua nuditate: sed hoc est supra improbatum: quia homo a sua formatione fuit perfectus in scientia: et ideo videndum est istud contingebat ex conditione status innocencie: quia nullus motus inordinatus poterat contingere in membris genitalibus: nec inhonestas in aliis partibus durante illo statu: et ideo nuditas quantum ad partem corporis non erat causa erubescencie.

**Genesis ca. ii. vbi dicit in postilla. Aliter exponit pro ut requies ponit pro completionem desiderii etc.**

**Aditio prima.** Circa hanc expositionem vltimam querendum est: cum deus ab eterno in seipso requiescat: eo quod ipse sibi sufficit et implet desiderium suum. quomodo ergo scriptura dicit: Requiesuit in die septima: talis enim requies ab eterno copertit deo. Ad quod videndum est in L. bo. in pu. par. q. lxxv. arti. ii. in cor. q. q. quibus ab eterno requiesuit in seipso deus: tamen post opera condita in seipso requiesuit hoc pertinet ad septimam diem: hoc est ab operibus requiescere: ad quod allegat Augustinus super Gen. ad litteram.

**In eo. ca. ii. vbi dicit in postilla. Et benedixit deus diei septimo et sanctificauit illum etc.**

**Aditio secunda.** Quod benedictio et sanctificatio diei septime intelligatur secundum applicationem ad diuina obsequia hoc non pertinet ad litteralem sensum: sed mysticam expositionem: vnde magister in. ii. vi. rv. Illum autem diem sanctificasse et benedixisse dicit: quod mystica pre ceteris benedictione et sanctificatione totant cum: vnde in lege dicit: Denotio sanctificatio diem sabbati. hoc ille: Si enim ex festu sabbati in die sanctificationis et benedictionis habet quod homo diei septimo debet cessare ab operibus terrenis etc. sequere quod sancti patriarche fuerint obligati ad conseruationem sabbati: quod in iure reperitur ante legem. vnde sicut intelligitur benedictio sabbati per hoc quod benedictio ad multiplicationem pertinet: vnde creaturis quas deus benedixit dicitur esse: et refertur multiplicamini. multiplicatio autem rerum fit per administrationem creaturam secundum quam ex similibus similia generantur: quod quidem administratio incipit a septimo die. sanctificatio enim copertit septime diei inquam res condite et multiplicite in deo requiescunt: vnde et res deo dicite sancte dicitur: vnde in postilla.

**In eodem capitulo. vbi dicit in postilla. Huius etiam in. meba. dicit etc.**

**Aditio tertia.** Equentes opinionem Aristotelis possunt concedere quod inter duos tropicos sit regio habitabilis et temperata. per hoc quod illa regione sit aliqua pars alta et motuosa intantum quod reflexiones radiorum solis non attingunt ad illum locum cum excessu caloris: sed temperate eo modo quo attingunt in aliquibus partibus dymanu calidiorum vbi aliqui motus alii tantum attingunt frigiditatem quod ibidem nubes generantur: et tunc durat per magnam tempus anni: vnde pars per experientiam. vnde etiam secundum opinionem philosophi concedi potest quod paradysus terrestris sit in orientali plaga sub equinoctio modo dicto.

**In eodem ca. ii. vbi dicit in postilla. Et operari et cu. hodierni referat ad deum.**

**Aditio quarta.** Hec modus expositionis non habet locum secundum hebraicam veritatem. in hebreo enim in hoc loco habet verum operari et custodire illa in feminino genere non illi in masculino. vnde oportet verum referat ad paradysum qui sub nomine hoc dicitur: Hortus autem in hebreo est nominis generis quod quod in masculino quod in feminino nominat.

**In eo. ca. ii. vbi dicit in postilla. Formationem mulieris etc.**

**Aditio quinta.** Erratio Rabi Sa. etiam continet aliquid veritatis est tamen in propria seu improprie adpositus. non enim pertinet ad sacra scriptura dicere quod femina sit grossior in partibus inferioribus an non.

necesse hoc sequitur aliquid pertinet ad mores: sed in hoc potest aliter dici et forte melius et magis adpositum. Ad quod sciendum quod in rerum primordialis scriptura triplici modo denominat productionem hominis. vno scilicet modo per hoc verbum formauit: sicut cum dicitur Gen. ii. ca. Formauit deus hominem de limo terre. Alio modo per hoc verbum genuit: sicut cum dicitur Gen. iii. ca. quod adam genuit seth. Alio modo per hoc verbum edificauit: sicut cum dicitur bice. Edificauit dominus costam quam tulerat de adam in mulierem. Primo autem modo productio hominis specialiter pertinet ad corpus facta est per quadam transmutationem quasi naturalem secundum quam res producta non habet identitatem specificam eius re ex qua productum est ibi oppositio cum ex non tali fiat tale: vnde in. j. phisic. et ideo talis productio proprie nominat formationem: quod perficit per novam formam de nouo aduenientem. et ideo de tali productione dicitur: Formauit deus hominem de limo terre. Secundo vero modo productio hominis facta est per generationem naturalem secundum quam res aliqua generat sibi simile secundum speciem: vnde cum ignis generat ignem: et in tali productione communiter inter generantem et generatum est identitas specifica: secundum quam dicitur quod adam genuit seth ad imaginem et similitudinem suam. Et tertio vero modo productio hominis facta est quodammodo per modum edificationis secundum quam manet aliquam identitatem quasi individualis inter edificatum et id de quo edificat: cum enim tomus sit ex ligno vel lapidibus non solum remanent in tomum ligna seu lapides eiusdem speciei cum lignis et lapidibus ex quibus tomus fuit edificata: sed etiam ligna vel lapides remanent in tomum edificata eadem que prius individualiter erant: secundum quem modum quodammodo facta fuit mulier de costa adam. non enim fuit facta primo modo: ita ut non remaneret identitatem specificam inter ipsam et adam. vnde est manifestum: nec etiam secundo modo sic. vnde remaneret iter eos identitatem specificam tamen: sed tertio modo. scilicet vnde inter eos etiam remaneret quodammodo quasi identitatem individualis: sicut inter ligna ex quibus tomus edificatur et ligna que sunt in tomum iam edificata remanent identitatem individualis: et hoc clare inuit littera cum dicitur: Dixit quod adam deo in os ossibus meis et caro de carne mea. quod sine omni extrinseco additamento per diuinam potentiam costa in semetipsa multiplicata mulieris corpus factum fuisse dicitur: vnde magis videtur velle magister in. ii. dist. xvii. siue per additionem sacram ad materiam per se in se costam: prout videtur velle supra in prima parte. et costa de adam subtrahitur remanet eadem individualiter in productione corporis mulieris. si militer et caro que etiam eius costa fuit de corpore adam subtrahitur: vnde magister ponit in biffonis scholasticas: et ideo secundum istum modum productionis dicitur edificare non formare seu generare: quia habet similitudinem cum edificio ratione iam dicta: secundum quod tenetur maiorem identitatem esse inter virum et vxorem. quam inter patrem seu matrem cum filio: sic maior est identitatem individualis quam specifica de quo potest etiam intelligi illud. Relinquet homo patrem et matrem et adheret vxori sue: et erunt duo in carne vna. quasi dicitur: Rationabile est vnde homo relinquet patrem et matrem quantum ad domesticam conseruationem et alia huiusmodi: et adheret vxori in eadem: eo quod inter virum et vxorem est quodammodo identitatem individualis: quia sunt duo in carne vna. non autem inter filium et patrem seu matrem. hoc etiam sonat verba apostoli ad Ephe. v. dicentis: Jam non sunt duo sed vna caro. ista tamen intelligant non excludendo alias sanctorum expositiones. Consonat etiam expositio mysterio christi et ecclesie quod in huius sacramento. scilicet matrimonio figura est iuxta illud ad Ephe. v. c. Sacramentum magnam inter christum et ecclesiam. Huius corpus christi mysticum licet multa contineat supposita vniuersum tamen est quodammodo individualis cuius copositio etiam edificatio dicitur: iuxta illud Math. xv. Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.

**Correctorium magistri Martialis contra Burgen.** In secundo capitulo vbi postillato: exponit benedictionem septime diei per applicationem ad diuina etc. Burgen dicit illa applicationem ad sensum italem